

DISPUTATIO INAUGURALIS
De
JURE ET PRIVILEGIIS
COMITUM
PALATINORUM
CÆSAREORUM.

Quam

DEO ter opt. max. docente & ducente,
Jureconsultorum Ordine Magnifico & Amplissimo
Consentiente & Jubente,

Dn. ORTOLPHO FOMANNO, J. U. D.

Prof. publ. Facult. Juridicæ Seniore, Scabinatus & Di-
casterii Provincialis Adfessore dignissimo,
Præsidente & dirigente,

Pro summo in utroq. Jure Gradu & Privilegijs consequendis, publicæ
placidaq. colloctioni & disquisitioni ad d. 28. Jul. horis
pomeridianis,

Proponit & exponit, committit & submittit.

M. THOMAS SAGITTARIUS, Gymnasii Elisabetha-
ni, quod est Uratislaviæ, Rector & Professor publicus, Schola-
rumque cæterarum, quæ ibid. Inspector.

Editio secunda correctior.

J E N Æ

Typis Johannis Veidneri, Sumptibus Johannis
Birckneri Bibliop. Erphord. Anno 1620.



Magnificis & Nobilissimis Viris & Dominis:

Dn. CAPITANEO, & CÆTERIS

**LAUDATISSIMÆ REIPUBL. URATISLA-
VIENSIS SENATORIBUS dignissimis
& meritissimis.**

UT ET

Amplissimis & Prudentissimis Viris,

STENDALIÆ & OSTERBURGI

**Dnn. CONSULIBUS, CAMERARIIS,
& SENATORIBUS,**

**Omnibus & Singulis, Dominis meis Gratiolis, &
æternum honorandis.**

Ευζωϊαν & εὐπραξίαν ὀλοψύχως precor.



*Obis, viri Magnifici & Nobilissi-
mi, Amplissimi & Prudentissimi,
hoc quicquid est, chartacei jam offe-*

ro munusculi. Causas ex alto non petam.

Prostant ipsa. Benè & facientibus & meren-

tibus meritò debentur gratia, a] ne quis sit,

quod mus in pera, ignis in sinu, serpens in

gremio. Nam illi malè remunerant hospites.

b] At, ò bone DEUS, quis est Vestrorum in me


collatorum, & collocatorum numerus. Vo-

lentes & Vestro ducti Genio mihi vix nato

A 2

partim

a] l. cum
quis 10. C.
de Nat. li-
beris &
matr. eor.
& c. Nov.
115. c. 3. in
princ.
b] c. Ecclē-
sias 5. Ad-
hac calli-
da, 15. q. 1.



Thesis I.

JURISPRUDENTIÆ (a) cujus-
cujus tandem sit civitatis (b) & sic etiam
Romanæ (c) in partes divisionem (d) quæ
juri nostro (e) & rectæ rationi (f) inter o-
mnes, (g) quotquot hæcenus videre potui, melius a-
ptiusque conveniat & undiquaque correspondeat,
non invenio quam hæc. JURISPRUDENTIÆ DUÆ
SUNT PARTES: UNA EST DE JURE PUBLICO,
ALTERA EST DE JURE PRIVATO. (b)

(a) Sic dicitur à præceptis, ex quibus illa tum constituitur: Est enim hæc ars l. i. in pr. ff. de Just. & Jur. At omnis ars suis usque certis constat præceptis Scalig. Exercit. i. sect. 3. Quintil. lib. 2. c. 18. Philippus lib. 1. Dial. pag. 41. Hæc verò constat juris Præceptis, quæ & sic vocantur §. 4. Instit. de just. & jur. l. 10. §. 2. ff. eod. usque etiam finitis. Nam jus finitum & potest esse & debet l. in omni ff. de jur. & fact. ignorant. Unde & jus nostrum in certam artis formam redigi posse & debere indubitato statuo cum Melchiore Klin. Instit. de just. & jur. nu. 5. Trentler. part. 1. ff. disp. 1. th. 2. lit. a. Corasio part. 1. de arte jur. c. 1. Donell. 1. Comm. c. 1. Vult. lib. 1. J. Roman. c. 1. Quicquid tandem opponat Costalius in *ωαπερροισ* præfixis Adverlariis num. 10. fol. 28. & seqq. Bodinus in dist. jur. universitum ut habitus conformatur. Omnis enim habitus est à natura præceptis assuefactione tanquam causis Efficientibus productus Plutarch. lib. de liber. Educat. Confer §. quæ omnia 7. Inst. de satisd. Constit. Tanta §. sed cum 11. C. de vet. jur. Enucl. l. legatis 65. §. Ornatricibus ff. de Leg. 3. c. Quam sit Ecclesiis, ubi Gl. v. magistra rerum efficax experientia de Elect. in 6. Aliàs dicitur simpliciter Prudentia §. & cum 3. in procem. Instit. jus d. l. i. in pr. ff. de

B 2 just.